


cept

ura

riae







Vogel  
136

THESES SELECTIORES  
De  
NATURA THEOLO-  
GIÆ,

Quas  
IN ALMA FRIDERICIANA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN.

FRIDERICO WILHELMO,

ELECTORATUS BRANDENBURGICI HÆREDE, &c. &c.

PRÆSIDE

JOACH. JUSTO BREITHAUPT

S. Th. D. P. P. S. D. C. D. M.

publicè disputandas proponit

HENRICUS FRIDERICUS EGER, Gothan.

IN AUDITORIO MAJORI d. 31. Jul. A. MDCXCIX.

THESIS I.

**T**heologia est doctrina *supernaturalis*, à quibusvis naturalibus tantopere discrepans, ut principia Scripturarum Sacrarum maxime propria, ipsius *rationis*, in statu corrupto sibi relictae, *principiis* longè superiora, immo *stultitia* sint; nec humanis viribus scientia solida ex *veritatibus revelatis* addisci queat. i. Cor. I, 23. II, 14. i. Tim. VI, 3, 4, 5.

II.

*Ratio assentiendi* Scripturæ S. & Theologiæ *adequata* unicè est

1943 K 1209



cè est *revelatio* divina, non modò eatenus, quatenus quicquid Dei verbum *dicit* aut *precipit*, infallibiliter verum habendum aut faciendum est; sed potissimùm eatenus, quatenus ipsa veritas divina efficaciam suam revelantem exercere intra animum sentitur, finemque efficit *salutarem*. Matth. XVI, 17. 1. Cor. VIII, 2, 3.

### III.

Ut verus apud credentes existat *assensus*, eadem *revelatio*, quæ Prophetis atque Apostolis olim contigit, per ipsorum verbum in legentium vel audientium animis sic quoad efficacitatem percipiatur, necesse est, ut *conceptus* credendorum atque agendorum se habeant, ceu radii quidam, in cordibus diffusi à Deo ipso, qui lumen est, ad collustrandum intellectum & voluntatem permovendam. Est enim hæc *illuminatio* altera pars revelationis, sanctis Dei hominibus factæ, distincta ab *inspiratione verborum*, cujus loco nunc est verbum Dei, in literas olim relatum, Joh. XVII, 20. 2. Pet. I, 19, 20, 21. 1. Joh. V, 6.

### IV.

Theologia à *fide divinâ* non differt quoad *rem*, sed isthanc includit illa, simulque facultatem *spiritualiter* ex Dei verbo *explicandi*, *confirmandi* & *defendendi*, quæ ad fidem pertinent. Quapropter & fide cessante propter peccatum *mortale*, Theologia vera aboletur; quæ autem *species impressa* de utroque habitu manent, prioris *habitudinis* ad assentiendum & demonstrandum quasi *cadaver* aut *umbra* sunt, ita verò, ut à Spiritu S. rursus *elevari* ad statum pristinum, & animari per *Conversionem* queant. Cæterùm multò minùs integra est Theologia, quæ absque vivâ fidei praxi capitur. Apoc. III, 17, 18. 2. Tim. III, 7.

### V.

Apud impios *securos* vel *hypocritas*, quàm diu tales sunt, ratio assentiendi *ultima* non esse potest *revelatio* aut verbum  
Dei



R. 2

Dei, sed parentum vel præceptorum auctoritas, Ecclesiæ, vel rationis propriæ, *testimonium humanum* de verbo Dei ac revelatione. Illorum ergò Theologia non est vera, sed spuria, *habitus naturalis & merè opinativus*: quoniam nihil firmi assequuntur de *primâ veritate revelante, ut revelante*, utpote quæ sola *per se & immediatè* intellectum in sui assensum supernaturalem potest trahere, cui falsum nullo modo subesse queat. Joh. VIII, 33. 37. 42, 43. 45, 46, 47.

VI.

Nullus datur *impœnitentiæ* status, tametsi cum assensu quodam erga divinas veritates conjunctus, qui non documentum certissimum sit, has ipsas, circa summum bonum versantes, affectu cordis intimo haberi *stultitiam*; propterea quòd *vires* obsequendi *spirituales*, quæ unà cum verbo offeruntur, respuit homo ac repudiat. i. Cor. II, 14. Rom. VIII, 7.

VII.

*Finis* Theologiæ *internus* est facultas & actus *spiritualiter* cognoscendi & judicandi spiritualia: *externus* est hominis salus coram Deo. Hic verò diversis consideratur modis: ratione *objecti*, estque ipse Deus: ratione *operationis* animæ circa Deum, estque instauratio imaginis diuinæ, seu unio cum Deo; quò pertinet *finis intermedius*, quo potimur Deo, ut pœnitentia & fides in Jesum Christum, Mediatorem, cum remissione peccatorum & vitâ spirituali; & *ultimus*, quo fruimur Deo, isque vel talis *proximè*, ut amor Dei, vel *absolute*, ut agnitio Dei intuitiva, consummata. Luc. xxiv, 47. Joh. xx, 31. 2. Tim. II, 15. i. Joh. II, 3, 4. IV, 7.

VIII.

*Officium* Theologiæ, quod *finis interni* est, Apostolo dicitur *demonstratio spiritûs ac potentiæ*: (1) per *spiritum* intelligitur verbi divini sensus spiritualis, intellectu pariter atque affectu spiritualiter conceptus, neque aliter reddendus




duſ I. Cor. II, 4. 13, 14. I. Joh. V, 6. (2) per *potentiam*, effica-  
cia verbi ſpiritualis ad animos convincendos, quam ipſe do-  
cens uſu expertus ſit, aliisque diſpensare valeat. I. Cor. I,  
18. 24. IV, 20. Rom. I, 16. XV, 19. Ut *ſpiritus & potentia* nihil  
ſit aliud, quàm quod Chriſtus dixit *ſpiritum & veritatem* Joh.  
IV, 24. (3) per *demonſtrationem*, ipſa veritatis diſpensatio,  
ſpiritui ac potentia ſic adaptata, ut auditor ad eundem  
mentis ſenſum intimâ convictione perducipotit. conf. Act.  
XXV, 7. ἀποδείξει.

### IX.

Theologia eſt doctrina *merè practica*, cuius *objectum*  
Deus eſt, non tam qualis in ſe, quàm *qualis erga nos*, & à no-  
bis agnoſcendus, cum *mysteriis pietatis*; eademque tractanda  
*ſecundum* ipſam cultûs divini *praxin*. Joh. IV, 24. I. Tim. III,  
16. Tit. I, 1.

X. *Charitas Dei*, & reliquæ *Religionis* partes de *peccato*,  
*fide justificante* &c. ita ſe mutuò reſpiciunt, ut illa ſit *finis*,  
hæ autem *media*, ad eam *inſtaurandam ordinata* Matth. XXII,  
37, 38, 39, 40. his enim apud homines lapſos obſtacula remo-  
ventur, & conferuntur vires *Spiritûs S. recuperatæ* a Chriſto  
peccatoribus, ne reditus ad unionem cum Deo intercluſus  
maneat. Rom. V, 20. 21. Quocirca ſingula, oportet, *dogmata*  
ad amorem Dei certò nexu deducere, & (2) obſervare, quoniam  
ex huius neglectu errores paſſim oborti ſint; nec (3) tanquam  
verè cognita habere iſta priùs, quàm ipſo cœleſti charitatis Dei  
*affectu* agnoſcantur & obſignentur. Quæ verò (4) ad hunc  
producendum, vel *inſerviendi* vel *inſtluendi modo* maximè  
neceſſaria, ore Dei requiruntur, ſimpliciſſimo aſſenſu atque  
obſequio recipienda, & (5) præter cætera operoſiſſimè do-  
cenda ſunt; ne quidquam (6) vel divinae mentis corrupa-  
tur ſeu *difſolvatur*, vel (7) interpretationis humanae aſſua-  
tur. I. Tim. I, 5. I. Cor. VIII, 2, 3. XIII, 8. 13. Matth.  
V, 19. Apoc. XXII, 18.





5b 2720

K. Zigan  
Buchbinderei

ULB Halle  
002 725 045

3



74  
SR

VD 17











Wagel  
136

THESES SELECTIORES  
De  
**NATURA THEOLO-**  
**GIÆ,**

Quas  
IN ALMA FRIDERICIANA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN.

**FRIDERICO WILHELMO,**  
ELECTORATUS BRANDENBURGICI HÆREDE, &c. &c.


PRÆSIDE  
**JOACH. JUSTO BREITHAUPT**  
S. Th. D. P. P. S. D. C. D. M.

Fabric. n. g. by V  
L. h. p. r. a. n. o. t.  
U. K. a. s. t. r. 1708 p. 235

publicè disputandas proponit  
**HENRICUS FRIDERICUS EGER,** Gothan.  
IN AUDITORIO MAJORI d. 31. Jul. A. M DC XCIX.

THESIS I.

**T**heologia est doctrina *supernaturalis*, à quibusvis naturalibus tantopere discrepans, ut principia Scripturarum Sacrarum maxime propria, ipsius *rationis*, in statu corrupto sibi relictæ, *principiis* longè superiora, immo *scilicet* sint; nec humanis viribus scientia solida ex *veritatibus revelatis* addisci queat. i. Cor. I, 23. II, 14. i. Tim. VI, 3, 4, 5.



II.

*Ratio assentiendi* Scripturæ S. & Theologiæ *adequata* uni-  
cè est

1943 K 1209

